

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

3. Primus [f]ons Inventionis, Historia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Sicut &c, in orationibus vero eloquentiam, non doctrinam profiteantur: neque sumorum oratorum, ut Demosthenis, & Ciceronis orationes, hoc inanis doctrina fuso, (ut appellant) sint ornatae.

Alij doctum rati esse Oratorem oportere: historijs, & testimonij orationes sine vilo discrimine referunt, & in dictione inertes, hoc unum curant, ut variam doctrinam supellecitem explicent. Qui profecto videntur omnes a vera, germanaque oratoriæ facultatis ratione aberrare. Nam, qui omnem doctrinam fugiunt, licet orationis structuræ, & omni verborum expositione sunt excellentes, necesse est cum magno auditorum tædio audiri, & ab optimi oratoris maiestate longius absesse: Qui vero solis antiquarijs rebus, eruditio, variaque doctrina inhiant, spiritus elidunt eloquentiaz. Adhibenda est in eo, sicut in cæteris rebus temperies, & quid res, quid locus, quid aures, aut patientur, aut expectent, considerandū est.

Temporis eruditio

Quatuor dicendum est in concione, in iudicij, in senatu, de re ciuili, & negotiosa: cum Hannibal est ad portas, cum de foedere Pyrrhi agitur, cum squalloribus: Purum ethicæ ad doctrinæ ostentationem in parergis ludere, & necessaria neglegere: penitum est eruditio profiteri: itaque, & prudentes oratores, etiam si doctrinam adhibeant, non unquam tamen ea dexteritate faciunt, ut illud, quod dicunt, sponte sua influisse non quæsircum esse videatur, tot condimentis deinde leniant, atque aspergunt, ut popularibus etiam auribus reddant familiariter. M. Tullius in Miloniana, amplissimam illam, & grauissimam de prouidentia diuina disputationem attingit eo loco, quem alio in libro commemorauit. Non afficit hic diuersas Philosoporum de eate sententias, abstrusaque rationes, & argutias, sed rom dumtaxat proponit, & graui similitudine illustrat, cauet autem pluribus disquirere, ne foru in academiam videatur commutare. Pro Murena vero Stoicæ sectæ capita perstringit, & exigitat: sed qua industria? qua urbanitate? Ita plane hæc tractat, ut videatur non ignorare, imo plenissime scire, sed ratione fori, & iudiciorum plura consulem minimè dicere. Is est igitur in istius generis orationibus doctrinæ modus.

Quomodo in eruditio genere.

At vero, si extra fori, & iudiciorum negotiosa, aut certè reatus, & squalloris subsellia, habenda sit oratio, in qua eruditio expectatur, speratur delectatio, & non modo fructus ani-

morum, sed etiam suavitas elocutionis requiri, quales sunt, quæ olim magni nominis Sophistis habebantur, & nunc etiam in scholis Rhetorum haberi possunt. Quis non videt hic adhibendam esse eruditiois luculentam vertatem: cum verbis tantum, grauium personarum aures non paleantur, sed magnis rebus innutriantur? Qui Demosthenis, & Ciceronis orationes, ad hanc tentiam petimendam afferunt, plumbeo gladio eam iugulare conantur, nulloque rationis fundamento impugnant, vel Ciceronis ipsius iudicio, qui hæc Cicerois orationum genera, quæ illi confundunt, expli- oras epidemias distinxit. Neque vero, cum eruditio. Eicas ora- nem adhibendam dico, eos imitari velim, qui tiones aper- scholia, & farragines orationum loco scribunt. Et, & palam Volo eruditas rationes, ex omni scientia peri- omni vari- tudinae, sed ea lege, ut istis illustretur, non to- tate expedita obliniatur oratio, ut hæc digerantur, non inficiantur, ut ordine, ut loco disponantur, ut figuris, dictiōnum vestiantur, ut omnium florū varietate, ut affectibus, ut copiola sua- uitate respergantur.

Primus sors inventionis, historie.

C A P V T . I I I .

Occurrunt primū historia, quæ ad orationem alendam, & firmis veluti adminiculis sustentandam plurimum valet. Nec is a vero aberrari, qui eam veluti eloquentiæ horreum quoddam nominariit. Est eius certè vis admirabilis, ex qua efficitur, quod ait D. Gregorius Naz. in car. Nazianzeus, ut unus hominis mens, ex omnium mentium, & scolorum perfectione, in tabulum, unum sapientiæ aceruum coalesce videatur. Quid diuinius, quam omnia nosse, quam disiunctissimas regiones, velocissimi sydoris more illustrare? quam omnium statum memorias, gestas, facta, exempla petentes; quam imperiorum status, ortus, progressus, vicissitudines, decursus, exitus uno mentis aspectu contemplari? Quid illustrius, quam regendi, militandique disciplinam, clarissimarum virtutum effigies, in unam veluti tabulam congregata inspicere, preterita cum presentibus comparare, alieno damno sapere, salutaria inde pracepta ad omnem virgulturam decessere. *A Eschyl.*

Et his tragœdia ßrasæque ßæheq; mato;

Easjè isti.

Nec

Diod. Sic. Nec immerito eam communem humani generis *θηρίον* nominat Diòdorus. Quantum ad res ciuiles conferat, dicent Polybius & Aris. Rhe. Aristoteles, qui eam *κατανοεῖσθαι τοις επιτελοῦσιν γενετικάς* nominant. De eius in Quint. l. 14. eloquentiam fructu suauissime redundante, testimonium proferet Quintilianus, qui oratorem in historijs apprimè versatum desiderat his verbis: *Imprimù verò abundans debet orator exemplum copia, cum uesterum, tum etiam nouissimum: addit ut non in insido, quia conscripta sunt historijs, aut sermonibus, velut per manus tradita, queque quotidie aguntur, debet esse, verum ne ea quidem qua à clarioribus poetis sita sunt negligere.*

Historia fontibus repetenda. Quod verò ad historiarum lectionem attrinet, de eius methodo libellum conscripsit Policius noster, in quo de historicis variarum gentium tractat, & quo ordine legendi sunt, quidve in ijs, aut caendum, aut laudandum, acri iudicio subiicit. Euoluenda igitur ijs, qui serio volunt in hac re sapere, omnis antiquitas, & cum nostris temporibus comparanda, & illustria quæque exempla ad manum semper habenda sunt, quibus, & delectare, & permouere possint. Tuit illud magnis oratoribus in more positum, ut sibi locos historiarum communes priuato labore texerent, quibus ad cedum, pro rerum, & temporum oportunitate vterentur. Nobis nostra saecula, ut abundantiam rerum, sic historiarum copiam congerierunt, quas in ordinem, & certa rerum capitam multi varijs idiomatis digerierunt, ut colligendi penè superuacaneus labor videatur. Itaque qui compendiosam ad hanc exemplorum copiam affectant viam, historiarum collectanea sumunt in manus, è quibus nullo labore decerpunt, quæ apud varios historicos longe lateque diffusa sunt.

Hæc quidem via breuior est non ramea seorsim: quam sepe enim, qui illos riuiulos colectant, multa ab auctoribus sensu detorta, truncata, debilia, mala fide aucta, falsa etiam plerumque, & inexta, pro præsenti pecunia accipiunt. Quam sepe in prædictis auctoribus, quos illi vel virtuosè dicant, vel primis apicibus delineant, incitiam suam prodere conuntur, ut qui nuper D. Augustinum pro D. Augusto Imperatore asterebarat.

Quid, quod ordinem temporum, historicorum etatem, religionem, & mores, cum nullatenus nouerint, in pericolosissima plerumque testimonia incidentur? Hoc experientur, qui

grandé illud volumen, *Theatrum vite humanae* legunt, & sine delectu exsplainant. Mitto, quod grauori censua sit notatum, de cetero si spegetur, Ægyptus est Homericus, multa habet bona, & mala, studio enim congesendi omnia coagmentauit, certa incertis, vera falsis, rara mixta communibus. Delectu opus habet, & iudicio, liber alioqui ob immensam historiarum segetem commendandus.

Neque verò satis historias legere, & colligere, sed in ijsdem usus portissimum spectandus est. Alij sine arte, & iudicio historias historijs exempla exemplis agglutinant, & tunc se valde eruditos putant, cum Amanuensium opus in describendo Syllogista fecerint: Alij ad rem, & extra rem dicunt, & modò quid speciosum habeant, quasi gladium Delphicum ad omnem usum vertunt: Alij tritac, & communes historias, à capite ad calcem citant, Xerxes, Alexandros, Romulos, Fabios semper habent in ore, de suis temporibus nihil dicunt: ista quidem vitia sunt in recensendis historijs fugienda, deinde hoc obseruandum est:

Primum, ut quod affertur, appositè & loco dicatur, non ut intrudi, sed influere videatur. Quantumque enim splendoris habeat, quod ex historia recentetur, si violentè sit acceratum, de opinione iudicij multum detrahit.

Deinde, ut quod narratur ex probato auctore sit delusum, quod plus habeat ad persuadendum auctoritatis: Hoc multi negligunt, delectationi aurum, & inani doctrinæ opinioni seruentis, qui, ut corniculum oculos cōfixisse, & plus alijs vidisse existimentur, de suo adtexunt permulta, quod rem admirabilorem faciant. Talis agendi ratio à simplicitate veritatis, quæ & in rebus minimis obseruanda est, nec non etiam virorum auribus abhorret, qui non sibi falsa pro veris venditari: tum qui hanc rationem tenent, plurimum sibi de doctrinæ, & gravitatis estimatione derogare solent.

Tertium, si nota sunt, & communia, quæ narrantur, non diffusè explananda, sed multa per congeriem simul copulanda sunt, & cum celeritate orationis vibranda, ut facit

Vsus historiarum in oratione.

C I C E R O.

Hac Maiores nostri primum vniuersam Italiam devicerunt: deinde Carthaginem exciderunt, Numantiam euertefūt, potentissimos reges,

Philipp. 4.

*Sen. contr.
L.*

*Quomodo
ornanda
historia.*

reges, bellicosissimas nationes in ditione hu-
ius Imperij redegerunt. (Itē) Quis fuit Marius,
si illum in suis inspexerimus maroribus humi-
lis. In tot consulatibus nihil habet clarior quā
se auctores. Pompeium, si hæreditariæ extu-
lissent imagines, nemo magnum duxisset, &c.

Quartum, ornanda figuris sententia, & va-
rianda qua narrantur: si quid graue est & ad
vtilitatem spectans, hoc cum sustentatione ef-
ferendum.

DEMOSTHENES.

*Philipp. 2.
Demosth. in Χριματα της οντωτης εργασιας:
regraei
narranda
juslentatio,
& appara-
tus.*

Εγώ δηλώσω, οὐ λόγος ἔμαιντο λέγων, ἀλλὰ
εἰσενοιχτεῖντο εἰς σύλλογον χαλκὸν γραφαντες,
εἰς ἀρχόπολιν, οὐχ ἵνα αὐτοῖς ἡ χαίρουσα (ἢ γρά-
ψις τούτων της χριματας τα δοντα τρόπο-
νων) ἀλλ' ἵνα δημητριοις ἐποδειγματα κατα-
ραδειγματα ὡς ὑπὲρ τοῦτων αποδεῖξῃ προστά-
χει. Η τούτης λέγεται της χριματας κατα-
ραδειγματα.

Ego declarabo, non mea verba preferendo, sed
scriptum maiorum nostrorum ostendendo, quod illi
in arcem columnam incisum in arce collocarunt: nō
ut ipsis usui esset; (nam sine illo scripte sat erant
prudentes;) sed ut vos monumenta & exempla ha-
beretis, quantares huiusmodi sollititudine sunt cu-
randa. Quid igitur dicunt literæ?

Poit hunc apparatum narrat historiam,
narratam expendit per Αὐγήν. Hic modus op-
timum est, & ad inculcandum aptissimum, sed
in re graui duntaxat usurpandus. Familiare est
in istis epiphonema, & in comparandis narra-
tionibus antithesis.

Secundus fons Inventionis, Apologi, &
Parabola

CAPUT IV.

*Poeta orato-
ribus uisus.* Poetatum est ad variam eruditio[n]em lectio
perutilis, è quibus & decor in personis, &
spiritu in verbis, & in affectibus magna per-
motions hauriuntur.

Nunquam Cicero ad eam dicendi gloriam
effloruisset, nisi à puer poeterum lectioni ad-
dictus fuisset: Vel maximè Græci quotquot
fuerunt oratores, ex Homero hauserunt plu-
rimum, apud quem tanto artificio plerumque
orationes sunt expressæ, ut non nasci videatur
in Homero Græcorum eloquentia, sed iam

perfectionis culmen attigisse.

Verum istis omisisse quæ plurimū habent
ponderis, fabulæ ipsæ ex poëtis ab oratoribus
assumentur nonnunquam, & varijs sensibus
accommodatæ, multum affundunt suavitatis.
Quanquam in prophanis orationibus hæli-
berius, in sacris nunquam, in grauioribus con-
cionibus raro admiscebit velim.

Plus habent festivitatis, & grauiores etiam
personas apud populum orantes magis decent
fabulæ, quæ vocantur Aësopicæ. Ducere ani-
mos solent (inquit Fabrus) præcipue rusticoru[m]
& imperitorum, qui & simplicius, quæ ficta
sunt, audiunt, & capti voluptate, facile ijs qui-
bas delectantur, contentiunt. Itaque non im-
merito apud Philostratum, ποιῶσιν εἰ μόδιοι *Philost.*
παρα τοις αἴτιον, ἀγαπήτες αὐτοῖς οὐλανταν
θημελεῖται.

Video graues viros his narratiunculis dele-
ctatos, blandè permouisse. Plato fabulos est
supra modum. Demosthenes alioqui rigidus
& austerus eas oportune adhibuit: Tertius est *fabula vñ.*
illa, quam, cum ab Athenientibus oscitantibus
audiretur, magna festivitate narravit. Atheni-
enses, (inquit,) sub æstatis tempus adolescens
aenium Atheniæ Megaram conduxerat, cumq[ue];
flagante iam meridiis calor cœpisset esse ve-
hementior, sub asini ventrem se coniecit, vt
umbram caparet: At vero asinarius seri ho-
minem proturbare, asserens se asinum, nō um-
bram asini locasse: Hinc rixæ, & lites. Diogenia-
nus hoc habet in proverbio, οὐσια, οὐν
οὐ τιμωρία, οὐλανταν οὐχ οὐχι: Demosthenis
tamen nusquam meminit, sed Plutarchus eidē
expressis verbis tribuit Menenius Agrippa,
per apogenum Corporis humani, plebem Ro-
manam, quæ in Aventinum montem secesser-
at, ad Patrum auctoritatem concordiamque
reuocauit. Sed & autores faci huiusmodi
fabulæ plerumque, cum maxima suavitate vñ
sunt. D. Gregorius Nazianzenus Celusium
præsidem fabella de cygnis & hirundinibus
composita oblectauit, & ad vanæ gloriæ fugi-
erudit.

(Hirundines quondam cygnos cauillis in-
cessabant, propteræ quod nec cū hominibus
consuetudinem habere, nec canendi artem in
publicum proferre vellent, sed circa prata so-
lum, & alumina canerent, ac solitudinem
amplectenterunt, perinde atque eos Mu-
sicæ suppuderet. At nostra (inquietabant) sunt
vibes, nostri homines & thalami, atque
apud

*Authores
sacri.
Greg. Na-
zianz. ad
Celusium
præsidem.*